



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XIX. De esu carnium monachoru[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

I. IMP.  
ANGLIAE  
AS, vt  
constitu-  
cent  
men-  
turi,  
super  
asticis  
e ipis  
o que  
isco-  
deca-  
s ob-  
  
quod  
pos-  
obo-  
coitu  
s au-  
quæ  
ere,  
ant.  
ec-  
en-  
pro-  
quos  
rum  
par-  
vel  
non  
odi

GREGORIUS LONDONIENSE. FRIDERICVS II. IMP.  
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIAE. 357  
ANNO CHRISTI  
1337. iam illicite sunt adepti, eis præsenti statuto decer-  
nimus fore priuatos.

XVIII.

Contra latronum flagitia, quibus nimis abundat regio Anglicana, quod nequaquam esset, vt accepimus, nisi maiores eos defenserent & tene- rent, sic duximus statuendum, vt nemo eos prote-  
gat, vel defendat, seu teneat in domibus suis, vel in villis, quos scierint vel manifestum fuerit latro-  
cinium exercere. Eos autem qui contra fecerint, si tertio moniti per ecclesiasticum iudicem ordi-  
narium, ipsos a se non abiecerint, excommunica-  
tioni ecclesiastice subiugamus. Monitionem au-  
tem volumus & statuimus sufficere generalem, et  
iam si fiat alicuius vel alicui nomine non expresso,  
dummodo ita publice ac solenniter fiat, quod ad  
eorum notitiam valeat peruenire.

XIX.

Audiuimus, & lœtati sumus, quod religiosi viri  
abbates ordinis sancti Benedicti, per Angliam  
constituti, conuenientes nuper in suo capitulo ge-  
nerali, tamquam filii, iuxta sermonem propheti-  
cum, ad suos terminos reuertentes, prouide statue-  
runt, vt de cetero secundum beati Benedicti re-  
gulam ab esu carnium debeat abstinere, exceptis  
debilibus & infirmis, quibus debet secundum eius-  
dem regulæ continentiam in infirmario prouideri.  
Quod vtique approbantes, statuimus in uiolabili-  
ter obseruari. Adiicimus quoque, quod postquam  
nouitii, anno probationis finito, gestauerint habi-  
tum monachalem, ad professionem iuxta decre-

Yy iiij

tum vel decretalem felicis memoriae Honorii papæ, distictione ecclesiastica vel canonica per abbatem protinus compellantur: nec aliquis, qui professionem non fecerit, in abbatem vel priorem aliquatenus admittatur. Hoc autem, & quod de professione, finito probationis tempore, faciendum duximus, ad canonicos regulares vel moniales duximus prorogandum. Super aliis vero, quæ ad correctionem vel reformationem tam canonicorum quam aliorum regularium nouerimus pertinere, prouidere intendimus, & quæ ecclesiis eorum utilia, ipsis quoque salubria fuerint, concedente Domino, statuemus, & statuta mandabimus per eorum capitula solenniter publicari.

XX.

De archidiaconis quoque statuimus, ut ecclesiæ utiliter & fideliter visitent de sacris vasis & vestibus, & qualiter diurnis & nocturnis officiis ecclesiæ seruiatur, & generaliter de temporalibus & spiritualibus inquirendo, & quæ corrigenda inuenient, corrigan diligenter. Ecclesiæ autem superfluis non grauent expensis, sed procurationes exigant, dumtaxat cum visitant, moderatas: non secum ducant extraneos, sed modeste se habeant, tam in familia quam in equis: nec vt non visitent aut corrigan, siue crimina puniant, aliquid ab aliquo recipere presumant: nec sententiis aliquos inuoluant iniuste, quo ab eis pecuniam possint extorquere. Cum hæc enim & talia simonia-cam sapiant prauitatem, decernimus vt eos, quitalia agere presumperint, sic extorta in duplum ero-